Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26908
Copyright: Admont, Benediktinerstift



7 uidet eum dixit ei. Quid quaeritis? Dixit ei. caecus: Rogo te misereare mei. et
adhibe mihi curam. Omnes enim medici qui mihi operati sunt: nichil mihi profuerunt.
s. ipsum modicum quod videbam abstulerunt a me: 7 omne substantiam meam tulerunt.
Pantaleon dixit ei. Omnibus medicis substantiam tuam dedisti. michi quid datum est si eum
iterum fecisti. Caecus respondit: Remansit michi modicum de substantia mea. dabo tibi eam.
Pantaleon dixit. Iesus tibi dabit spiritus sanctus. 7 si pauperibus da pauperibus. Dixit ei
pater ipsi. fili recede ab homine isto. ne eum potes esse deinde aliis medicis. Et panta
leon dixit patri suo. Medicinam quam dabo hominum isti. nullus medicorum eam novit.
mane est enim magister meus. Pater autem eius putabat quod de magico suo diceret. 7 dixit
ei. fili audime. quia 7 ipse magistri tui adhibuit curam. 7 ne potuit eum curare:
Pantaleon dixit. Sustine 7 videbis gloriam dei. quam curabit hic iste: Et tetigit
oculos eius et dixit. In nomine domini mei iesu xpi. qui illuminat tenebras. 7 sanat
infirmos. 7 revocat errantes. 7 colligit omnes qui in tenebris sunt in luce suam.
iube pater sancte ut 7 iste videat omnibus diebus vitae suae: Et statim aperti sunt oculi
eius. 7 lumen vidit eadem hora. Pater vero eius cum vidisset. credidit cum illo qui illumi
natus est. Et pergens pantaleon cum gaudio magno. retulit omnia quae facta sunt
presbitero. audiens vero presbiter ermolaus. repletus gaudio. gratias egit deo. qui talem virum
dedit pantaleoni. Per multos enim dies. docebat eos presbiter 7 confirmabat eos in fide
quos 7 baptizabat: Et ille qui curatus est reversus est ad domum suam. gaudio plenus
gratias agens deo. Pater autem pantaleonis ingressus domum suam. ydola quae habuerunt omnia
confregit. 7 posuit ea in fovea. Quod cum vidisset pantaleon. dedit gloriam deo. post
modicum tempus. defunctus est eustorgius. pater pantaleonis. Et accepta potestate ma
nu sua misit in seruos suos. dans eis pecuniam. 7 reliqua quae remanserunt
erogavit pauperibus. 7 his qui in pissuris erant confusi. Verum etiam et his qui ab im
pe maximiano propter nomen christi carcere impendebat. 7 alimenta praestabat. Omnis
quoque civitates relictis omnibus medicis confugiebant ad eum. 7 auxiliabatur eis omnibus cupe.
Ultra autem mundum phisicus fuit apud omnes medicos. Quadam vero die: collecti sunt omnes
medici mundi. Et transiebat ille caecus. qui a pantaleone fuerat curatus. Quem cum vide
rent. duxerunt ad invicem. Nonne iste est quem pantaleon curavit? Et vocantes
eum ad se interrogabant dicentes: Quis te curavit? Dixit illis. ille qui fuit caecus.
pantaleon filius eustorgii senatoris. ipse me curavit. Et medici dixerunt eustorgino
magistro eius. Iste discipulus tuus est. Eustorgius dixit de eo. fuit. Medici dixerunt: Psalmus
dicit. Nia magister magis est discipulus suus. Ignorantes qua in nomine xpi eum curaverat:
Ultra enim unum diem fuit pantaleon a omnibus medicis. 7 erat illo die quaerebat
occasionem adversus eum. Post paucos autem dies. inierunt pantaleonem quorum erat
unus arianus. 7 euntes ad maximianum imperatorem. accusaverunt eum dicentes: